

A stolus de ipsis potestatibus aiebat. Hoc est, quod feruntur
alio loco suadet. Non ad oculum seruientes quasi hoib[us]
placentes ut id ipsum per subduntur dominis suis non eos
oderint, aut fallacijs pmereri desiderent. Q[uod] autem dicit,
Quoniam enim diligit proximum, legem impletum: Ostendit
conformatio[n]em legis in dilectione posita, id est in charitate.
Vnde & dominus in illis duobus preceptis
totam legem pendere dicit, & omnes Prophetas: id
est, in dilectione dei & proximi. Vnde & ipse qui le-
gem venit implere, dilectionem donavit per spiri-
tum suum, ut quando ante timor implere non po-
terat, charitas postmodum impleret. Inde est &
Rom. 12. iudicium eiusdem apostoli, Plenitudo autem legis chari-
tas. Et illud, Finis autem precepti est, charitas de-
corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.
76 Quod autem ait, Et hoc scientes tepus quia ho-
ra est iam nos de somno surgere: Illuc spectat quod
2. Cor. 6. dictum est, Ecce nunc tepus acceptabile, ecce nunc
dies salutis. Tempus enim Euangelij significatur,
& illa opportunitas saluos faciendi credentes in deum.
77 Quod autem ait, Carnis prouidentiam ne fece-
ritis in concupiscentiis: Ostendit non esse culpan-
dam carnis prouidentiam, quando ea prouidentur
quaes ad necessitatem salutis corporalis valent. Si au-
tem ad superflua delectationes atque luxurias, ut
quisque in his gaudeat quaes carne cupit, recte repre-
henditur, quia prouidentiam carnis in concupiscentiis facit. Quoniam quae seminat in carne sua, de car-
ne metet corruptionem: id est, qui delectationibus
78 carnalibus gaudet. Quod autem dicit, Infirmi-
autem in fide recipite, non in dijunctionibus cogi-
tationum: Hoc dicit, ut eum qui infirmi in fide est
recipiamus, & nostra infirmitate infirmitatem ei[us]
suffineamus, neque dijudicemus cogitationes eius:
id est, quae ferre audeamus sententiā de alieno cor-
de quod non videmus. Ideo sequitur & dicit, Et alius
quidē credit manducare oīa: Qui autē infirmus est,
olus māducet: Quia illa tēpore multi iam firmi in
fide, & sc̄iētes secundū sententiā domini, & non macula-
rent ea q[uod] in suis intrā, sed q[uod] exēit, indifferenter sume-
bant cibos salua conscientia: Quidā vero infirmiores
abstinebāt à carnib[us] & à vino, ne vel neficiētes inci-
derent in ea quae idolis sacrificabantur. Omnis enim tunc
immolatitia caro in macello venūdabatur, & de pri-
mitiis vīni libabāt gētes simulachris suis, & quedā
in ipsis torcularibus sacrificia faciebant. Iubet ergo
C apostolus & his qui salua conscientia talib[us] alimētis
vtebantur, nō spernere infirmitatem illorum qui se à
talibus cibis & potis abstinebant. Et illis infirmis,
ne eos qui carnibus vescēbātur & vinum bibebant,
tanq[ue] polluti iudicarent. Ad hoc valet, quod confe-
querentur dicit, Qui māducet, nō manducantem nō
spernat: & qui nō manducat, manducātem nō iudi-
cat. Firmi enī infirmiores cōtūmaciter cōtēnebāt,
79 & infirmi firmos temere iudicabant. Quod autē
dicit, Tu quis es qui iudicas alienum fermentum ad hoc
dicit, vt in his rebus, q[uod] possunt & bono animo fieri
& malo, iudicium deo dimittamus, nec audeamus
de alterius corde, quod non videmus, ferre senten-
tiā: In his enim rebus que ita comprehenduntur, vt
eas bono & casto animo nō posse fieri manifestum
sit, non improbatū si iudicemus. Itaq[ue] hoc quod de
cibis dicit, quia ignoratur quo animo fiat, non vult
nos esse iudices, sed deum. De illo autē nefario stu-
pro, vbi vixorem patris sui quidam habuit, precepit
debere iudicari]. Nō enim poterat ille dicere, bono an-
mino se tamē immānem flagitium commississe. Ergo
quaecumq[ue] facta ita manifestātur, vt nō possit dice-
re. Bonō animo feci, iudicāda sunt à nobis: que cinq[ue]
autem ita fiunt, vt quo animo fiant incertum sit, nō
sunt iudicanda, sed feruāda iudicio dei: sicut scriptū
est, Quae occulta sunt, deo: q[uod] autē palam sunt, vobis
T omus quartus.

& filiis vestris. Q[uod] autē ait, Alius quidē iudicat 80 D
alternos dies, alius autē iudicat omnē diē. Sequestra-
ta interim meliore cōsideratione, nō de duob[us] ho-
minibus mihi videſ dīctū, sed de hoīe & deo. Qui
enī alternos dies iudicat, hoīe est: pōtē enī hodie aliud,
eras aliud iudicare: id est, vt que hodie malū conui-
ctum cōfessūg dāauerit, eras bonū inteniat & cor-
rectū. [vel contra, cū aliquē iustū hodie laudauerit,
eras iuueniat deprauatū.] Qui autē iudicat oīem diē,
deus est, quānō solū qualis quisq[ue] sit, sed etiā qua-
lis omni die futurus sit, nouit. Vnusquisq[ue] in suo
intellectu abuidet, inquit, id est, quantū humano in-
tellectu, vel vnicuius homini cōcessum est, tātum
audeat iudicare. Qui sapit, inquit, diē domī sapit:
id est quia hocipūm ad p̄sēntē dī bene iudicat,
domino sapit. Hoc est autē bene iudicare ad diem, vt
noteris non esse de correCTIONE eius desperandū in
futurum, de cuius culpa manifesta in p̄sēntia iu-
dicaueris. Quod autem ait, Beatus qui iudicat 81
semipsum in quo probat: ad id potissimum refe-
rendū est, quod superius dixit, Nō ergo blasphemē-
metur bonum nostrum. Hoc est etiā quod nūc ait
ante istā sententiā: Tu fidem quam habes penes E
temipsum, habe coram deo: Vt quō bona est hęc
fides, qua credimus omnia munda mundis, & in ea
fide nos probamus, benevētamur ipso bono nostro:
ne forte cum ad offendiculum infirmorum fratrum
eo bono abusi fuerimus, peccemus in fratres, & in
eo ipso bono nos iudicemus cum scandalizamus in
firmos, in quo bono nos probamus, cum ipsa fides
nobis placet. Quod autem ait, Christum Iesum 82
ministrum funile circūcisionis propter veritatē dei
ad cōfirmādas promissiones patrum, gentes super
misericordiā glorificare deum: Ad hoc dicit, vt in-
telligāt gentes, dominum Christum ad Iudæos es-
se misum, & non superbiant. Iudæis enim repellē-
tibus quod ad ipsos misum est, factum est vt gen-
tibus Euāgelium p̄dīcaretur, quod & in actibus
Apostolorum manifeste scribitur, cum dicāt Apo-
stoli Iudæis, Vobis p̄mū oportet p̄dīcare ver-
bum, sed quoniam indignos vos iudicatis, ecce cō-
uertimus nos ad gentes. Secundum ipsa etiam do-
mī testimonia, cum dicit, Non sum misus nisi ad 83
oues perditas domus Iraēl. Et iterum, Non est bo-
num panem filiorū mittere canibus. Quod gentes
si bene considererent, intelligāt ista fide qua iam cre-
dunt, omnia munda mundis, non se debere insulta-
re his si qui forte infirmi ex circūcisione fuerint,
qui propter communicationē idolorum nullas o-
mīno audēt carnes attingere. Quod autem dī-
cit, Vt minister sum Christi Iesu in gentibus, con-
secrāns Euāgelium dei, vt fiat oblatio gētūm ac-
ceptabilis, sanctificata in spū sanctō. Hoc intelligi-
tur, vt offerantur gentes deo tanq[ue] acceptable faci-
scū, cū in Christo credētes per Euāgelium sanctifi-
cānt: sicut & superius dicit, Obsecro itaq[ue] vos fratres
p̄ misericordiā dei &c. [Q[uod] ait, Obsecro vos fr̄es 84
vt intēdatis in eos q[uod] dissenſiones & scādala p̄tē-
re dōtrinā quā vos didicistis faciūt. De his intelligi-
dicere, q[uod] ad Timotheū scriptū dīcēs. Sicut rogaui
te vt sustineres Epheſi, vt cū irem ī Macedonia vt
denūciāres q[uod] busdā nō aliter docerēt, neq[ue] intēderet
fabulis & genealogijs indeterminatis q[uod] questionē
magis p̄stāt q[uod] edificationē, q[uod] est in fide. Et ad Titū
Sūt ei multi nō subditi, vaniloq[ue] & mēte seductores
q[uod] maxime ex circūcisione sunt, quos oportet refelli,
q[uod] vniuersas domos subierunt docētes q[uod] nō oportet,
turpis luci grā: Dixit quidā ex ipsis ppri⁹ eorum
Propheta, Cretenſes semp mēdaces, māla bestiæ,
vētēs pigri. Ad h[oc] enim refert q[uod] & hic ait. Hi enim
Christo dño nō seruit, sed suo vētri: De quib[us] alio
loco dicit, Quorum deus vēter est.] Finis.
L iiiij Diui